



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. I. De productione Adami,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77146)

DISPUTATIO PRIMA

De creatione Hominis, & statu innocentiae.

Hec duo in hac disputatione conjungi-
mus, quia insignes doctores & prærogati-
væ quas homo in sua creatione rece-
pit, vix possunt intelligi, nisi dona &
privilegia statu innocentiae, in quo primi pa-
rentes conditi sunt, explicentur, ut ex infra di-
cendis patet.

ARTICULUS I.

De productione Adam.

Constat ex capite primo Geneseos, Deum,
Cūndo corporeo jam condito, & ornato,
fato die à principio creationis, hominem con-
didi, & velut in eleganter extructum & præ-
paratum domicilium ac palatium, Regem & ca-
pum mundi corpori, propter quem reliqua cor-
pora condita sunt, induxisse. Mosen autem
natus videtur Ovidius, qui lib. i. Metam. ex-
positio omnium aliarum rerum procreatione, de
omni subiecto:

Sandius his animal, mentisque capacius
alite.

Deerat adhuc, & quod dominari in cetera
posset,
Natus homo est.

Cur autem homo postremo loco productus
sit, ut ac egregie à SS. Patribus afferri solent
rationes. In primis enim (ut ait Nemesius)
cum omnia propter hominem essent condita,
operebat prius quæ ad usum illius pertine-
bant parata esse, deinde eum qui iis usurpus esset
produci. Quam rationem eleganter explicat
Philo in libro de mundi opificio, ubi sicut: Ut
igit convivatores non prius ad cenam vocant, quam
iā epulum necessaria preparaverint; & qui gymni-
sticudos, & theatrales exhibent, antequam spectato-
rum theatra vel stadia congregent, certatorum &
eauerorum, que ad oculorum vel aurium oblectamen-
tum attinent, copiam parant. Ita totius mundi prin-
cipi, tanquam certaminis aut convivii dator, homi-
num ad epulas & spectacula vocaturus, quidquid ad
utrumque pertinebat, apparavit: ut in mundum in-
gressus, ille statim inveniret & convivium, & thea-
trum faciatissimum. Simili ratione uitetur Naz-
ianzenus orat. 43. ubi ait quod prius construen-
dem erat palatium, & postea Rex introducendus.
Non enim, subdit Nyssenus, consentaneum erat, ut
princeps a rector existeret, antequam essent illa qui-
bus imperaret: sed ut constituto jam imperio, tum Rex
deum renuntiaretur.

Deinde conveniens erat prius creari magnum
mundum, postea parvum, qui esset totius mundi
magis epitome & compendium. Vel ut ait Ne-
mesius libro supra citato, producta à Deo crea-
turæ purè spirituali, & pure corporeæ, oportebat
esse quoddam vinculum interiusq; ut unum esset
hoc universum, sibiique consentiens, nec à seipso

Tom. II.

A alienum. Vel, ut scribit Philo Judæus, ubi su-
præ, Consentaneum erat ut primo Dei operi, po-
strem responderet, atque ut initio Deus cœ-
lum condidet, omnium sensibilium, externo-
rumque perfectissimum; sic ultimò hominem
faceret, genitorum & corruptibilium longè
præstantissimum, ac parvum ut sic dicere liceat
cœlum.

Has & similes rationes breviter & compen-
diosè attigit Pererius in p̄fatione libri 4. in
Genesim, ubi hæc scribit: Verū cur (dicet ali-
quis) postremo loco generatus est homo? An quia or-
dine generationis quæ perfectiora, ea solent esse poste-
riora: An quod antea comparandum homini fuerat
domicilium, & domus omni instruenda & ornata sup-
pellicile, qui est mundus hic omnium rerum generibus
completus? An quia homo rebus omnibus corporis in-
diget, vel ad vitam agendam, tuendamque, vel ad do-
ctrinas omnes, artesque percipiendas? An propterea
ultimus creatus est, quod rerum omnium dominus &
quasi finis? Nós enim omnium rerum, inquit Aristote-
les, quasi finis sumus. An quod erat conveniens
prius creari magnum mundum, qui esset totius mun-
di magni velut perfectum quoddam compendium, om-
nia quæ in magno mundo distinctè ac diffusè conti-
nentur, habens in se restricta & coarctata? An de-
nique quod homo res quadam media est inter corporeas
res & incorporeas interjecta, & utrinque generis na-
tura, ac proprietatum particeps? quod autem hujus
generis medium est, id appellant Philosophi medium
per compositionem seu participationem extremorum,
idque posterius extremis.

Plures etiam ex his rationibus indicat Nazi-
anzenus orat. 42. ubi ait: Hominem à Deo velut
mundum quendam alterum, in parvo mundum supra
terram collocatum, Angelum alium, mixtum adora-
torem, visibilis creature spectatorem, mysten in-
telligibilis, eorum quidem quæ in terra sunt Regem,
caelesti autem Regi subditum: terrenum pariter ac
caelestem.

Cæterum primi hominis productionem
Moyses cap. 1. & 2. Geneseos, his verbis descri-
psit: Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Facia-
mus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,
& praefat pīcibus maris, & volatilibus celi, &
bestiis, universeque terra, omniq; reptili quod
moveret in terra. Formarit igitur Dominus Deus
hominem de limo terra, & inspiravit in faciem ejus
spiraculum vita, & factus est homo in animam vi-
ventem. Ubi plura annotanda sunt, quæ ho-
minis dignitatem & excellentiam mirum in mo-
dum commendant. Primo verbum illud facia-
mus, quod indicat, Deum cum ad aliarum r-
rum corporearum productionem solo usus sit
imperio, Dixit & facta sunt, ipse mandavit & crea-
ta sunt, in creatione hominis, tanquam in exqui-
sitione & industria majoris opere, novâ quadam &
singulari ratione arcta oratione usum fuisse, ac
prius veluti consultationem & deliberationem
de eo condendo adhibuisse, non quod Deus
consultatione & deliberatione egeat, sed ut

Rer. 3. humani

DISPUTATIO PRIMA

502

humani opificii dignitas apertius insinuetur: solent quippe opifices diu deliberare, ubi aliquid magni momenti aggrediendum est, nec nisi præhabito maturo consilio, ad opus aliquod arduum manus admovent. Unde præclarè Basilius homil. 10. in Hexameron: *Nosse vis te ipsum: vel binc aufsuum sumito.* De nullo enim operum qua Deus ceterum considerat, vox ista: *Faciamus, in litteras transmissa est: sed simplici verbo & mandato Dei omnia creata sunt.* Erudire igitur hinc ò homo, ac edisse, quanti unus tu astimandus venias. Neque enim generationem tuam velut preiū vulgaris, communi creaturarum mandato censuit attexandam. In Deo progradientur consultatio, quemadmodum tantum hoc animal proverbi debeat ad vitam, *Faciamus ait.* En consultat sapiens, & quid secum statuerit artifex, proponit decernendam. Reverendum (subdit Petrus Damianus) revera privilegium, nec ulli traditum creature. Creatur illa sublimior numerositas Angelorum, & elementorum omnium ordinatur variata connexio, sed omnipotens praesentia opus tantum altatitudinare prospicit: ut' vero venit ad hominem, & nobilis creatura disponitur, accingit se Trinitas ad creandum, & consilium accipit sapientia, ut creatura dignitas, Creatoris privilegio clara esse monstretur.

4. Deinde notanda sunt illa verba: *Ad imaginem & similitudinem nostram*, quibus altera insignis hominis prærogativa designatur: cum enim res aliæ corporeæ sint tantum veluti quedam signa & vestigia Creatoris, homo est perfecta quedam Divinitatis imago, ob liberum quo pollet arbitrium, & propter regiam dignitatem quam in res omnes terrenas obtinet, unde subdit Scriptura: *Vt præstis pescibus maris, & volatilibus cali, & bestiis terra, omnique reptili quod moverit in terra.* Hinc Chrysostomus lib. 1. ad Stagirium. Deum ait hoc in terris hominem esse voluisse, quod ipsem in celis erat. Et Nisenus lib. de opificio hominis cap. 4. *Anima* (inquit) *regiam excellensque dignitatem, longe à privata abjectione distinguita, in eo demonstrat, quod nullus dominio subjicitur, & sua potestatis est, ac suape voluntate & libero arbitrio gubernatur.* Cujus enim proprium illud est, quam Regis? Prætere imagine esse naturæ omnibus imperantis, nihil aliud est, quam cum regia dignitate naturam esse conditam. Id quoque eleganter expressit Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 5. his verbis: *Liberum & sui arbitrii & sua potestatis invenio hominem à Deo institutum: nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animadvertis, quam ejusmodi statu formam:* neque enim facie & corporalibus lineis, tam variis in genere humano, ad uniformem Deum expressus est, sed in ea substantia, quam ab ipso Deo traxit, id est anima ad formam Dei splendentis, & arbitrii sui libertate & potestate signatus est.

5. Notandum eriam est, hominem non dici i-

de Tri-

nat.

cap.

Lib 7 magnum Dei, sed ad imaginem Dei, ad significandum (ut docet Augustinus) quod non ita perfectè refert similitudinem Dei, sicut Dei Filius: *Quia (inquit) non omnino aequalis fiebat illa imago Dei, tanquam non ab illo nata, sed ab eo creata, hujus rei significanda causâ, ita imago est, ut ad imaginem sit, id est non aquatur parilitate, sed quedam similitudine accedit.* Similia habet D. Thomas r. p. quæst. 35. art. 11. ad 3. ubi haec scribit: *Ad designandam in homine imperfectionem imaginis, homo non solum dicitur imago, sed ad*

A imaginem, per quod motus quidam tendunt in perfecione designatur. Sed de Filio Dei non potest dici quod sit ad imaginem, quia est perfecta similitudo Patrum.

Subditur verò ad similitudinem nostram, quia inter imaginem & similitudinem Dei qualiter peritur distinctione: imago enim significat dona naturalia, mentem scilicet, voluntatem, memoriam, a liberum arbitrium: similitudo vero Dei refertur præcipue ad dona gratuita & supernaturalia, ut sunt justitia, sanctitas, innocentia, aliaque virtutes infusa, cum quibus Adam creatus est, quæ fuerunt velut ornamenta quadratum & complementa imagini Dei superflua, & pulchritudinem ejus ac venustatem mirum in modum continentia. Ita Origenes lib. 3. Periarchon cap. 3. Basilii homil. 10. in Genesim, Ambrosii lib. 6. Hexameron cap. 7. & Bernardus serm. 1. de Annuntiatione, ubi haec habet: *Ad imaginem & similitudinem Dei factus est homo: in imagine arbitrii libertatem, virtutes habens in similitudine;* & similitudo quidem perit, verantamen in imagine perrans homo: *magis quidem in gehena ipsa uripotest, non exerit adire, non deleri.*

Alius demum prærogativa quam homo supra reliqua Dei opera in sua creatione recepit, erat, quod principale ac summum fidei nostra mysterium, hoc est Sanctissime Trinitatis, primum in hominis creatione indicatum & manifestatum esse legitur. Illa enim Dei verba, faciamus, & nostram, significant multitudinem & distinctionem Divinarum Personarum. Ille vero, *Ad imaginem & similitudinem,* & quod promittitur, *Dixit Deus, & quod postea subdicit: Fecit Deus ad imaginem & similitudinem suam, Deinæ Naturæ unitatem demonstrant: Ergo* Sanctissime Trinitatis, primum in generatione hominis indicatum est, quod postea in ejusdem hominis regeneratione, que per Baptismum fieri debebat, aperte declarandum & profitendum erat. Volvit autem Deus mysticum Trinitatis in creatione hominis postulatum significari, quia in homine expressum est arguileutrior, quam in ceteris creaturis corporis, Divinae Trinitatis imago, videlicet in memoria, intellectu, & voluntate, ac in mente facunda, in verbo cordis quod ex ea procedit, & in amore qui ex utroque productur: nam Verbum Divinæ, & Spiritus Sanctus, per intellectuam & volitionem procedunt, ad similitudinem verbi & amoris humani, ut declarat Ambrosius in libro de dignitate conditionis humanae.

Subdit Scriptura: *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terra, & inspiravit in suum eum spiraculum vita, & factus est homo in animali viventem.* Quanquam finem hominis expressius supra declaraverit, cum dixit factum esse hominem ad imaginem & similitudinem Dei: id est ut quam in maximè fieri potest, similis fiat Deo, quod non contingit homini, nisi per visionem beatificam, per quam imago Dei in creatione illi impresa, & per gratiam & virtutes aucta & ornata, tandem compleetur & contum-

E dicens, *Formavit igitur Dominus Deus hominem: Materiam, cum subdit, de limo terra: Formans, cum addit, inspiravit in faciem eius spiraculum vita, denique finem, dicens: Factus est homo in animali viventem.* Quanquam finem hominis expressius supra declaraverit, cum dixit factum esse hominem ad imaginem & similitudinem Dei: id est ut quam in maximè fieri potest, similis fiat Deo, quod non contingit homini, nisi per visionem beatificam, per quam imago Dei in creatione illi impresa, & per gratiam & virtutes aucta & ornata, tandem compleetur & contum-

matur, per essentiam diuinam in ratione speciei A
imperata & expressa ipsius intellectui unitam,
propterea illud Joan. 3: scimus quoniam cum apparuerit,
finalis eternus: quoniam videbimus eum sicu-
ritatis.

Sicutem queras, cur Deum statim vitem mate-
riam, qualis est limus terræ, in productione ho-
mini adhibuerit? Variè respondent SS. Patres:
Hieronymus enim ait idcirco primi hominis
corpus ex limo à Deo fuisse conformatum, ut in-
mensum hominum metallum corporis sui, inveniat ni-
lito esse vilius, nihil humilius, & si homo de
fauorigingloriari nequeat, erubescere autem
possit. Quæ cogitatio (inquit Basilius) saluta-
regaudam amuletum est, adversus quodcumque pec-
cata. Procopius vero certet, Deum statim in B
ipso mundi exordio, resurrectionis spem confir-
mare voluisse, hominemque admonere, quod li-
mit in pulvere resolvendus sit, non debet tam
men futura resurrectione desperare, quan-
doquidem a quali facilitate poterit Deus è pul-
vere sepulchri corpora nostra reparare & restitu-
re, quæ a pulvere terræ corpus Adami primò
formatum & effigere potuit. Demam Tertullia-
nus existimat Deum ab initio Divini Verbi in-
creationem præfigurare voluisse: Quodcumque
nun (inquit) limus exprimebatur, Christus cogita-
tur homo futurus; quod & limus, & sermo caro,
nihil terra tunc. Ita limus ille jam tunc imaginem
inventus Christi futuri in carne, non tantum opus Dei
nusq[ue] & pigius.

Quantum vero ad creationem & infusionem
mimis, ut eam Moyses describeret, usus est ver-
bo inspiravit seu insufflavit: Primò quidem, ut
place Theodoro, ut insinuaret tam facilem
de Deo creationem animæ rationalis, quam fa-
cile homini est, statum ex ore suo mittere. Dein
distinguenter animam rationalem non educi
ex potentia materiæ, sed extrinsecus advenire
corpori, ex nihilo scilicet à Deo creatam, atque
accidere immateriale & immortale esse. I-
tem ut significaret animam quodammodo pro-
duisse ex ore Dei, id est ex ejus intellectu, qui os-
tibantur spiritualis dicitur, subindeque capa-
citer esse vita & sapientia Dei. Addit in faciem e-
go, sumendo partem pro toto, anima enim est
in toto corpore. Usus est autem hac phrasí, tum
quis in facie maximè appetit vita, quæ per in-
spirationem & respirationem oris & narium fit: tum
etiam quia in ea maximè urgent sensus tam
exteriorum, animi que motus in-
veniuntur, ut notat D. Thomas infra quæst. 91.
4. ad 4. Tandem animam dixit esse spiracu-
lum vita, quia ad vitam ita necessaria est respi-
ratio, ut ne ad momentum quidem sine ea vi-
tanducere valeamus. Ubi vero Vulgata legit,
prosternit vita, Hebraica habet בְּנֵי נָבָע E
genitalium vitarum, quo significari putat Caj-
enetus in commentariis ad hunc locum, tripli-
cem vitam, quam anima rationalis tribuit homi-
ni; nam licet una sit tantum secundum sub-
stantiam, poterit tamen & ipso effectu triplices
est. Siquidem homini tribuit vitam vegetativam,
animalem, & intellectivam; ad easque vitas
pertinet, triplici utitur spiritu, rebus instrumentis, nimirum vitali in corde, na-
turali in jecore, animali in capite generato.

Porro Adamum creatum fuisse à Deo perfec-
tum, secundum etatem, & quantum ad molem
deum magnitudinem corporis, constans est Theo-
logorum sententia, post Magistrum in 2. dist. 17.

Idque innuit Scriptura, dum afferit quod statim
ut creati sunt Adam & Eva, Deus illis dixit, Cres-
cite & multiplicamini, & replete terram, ex illis en-
im verbis aperte colligitur, Adamum & Evam
firmâ jam etate, & ad generandum idoneâ, esse
procreatos. Ratio etiam id suadet: decuit en-
im perfecta esse prima illa Dei opera, quæ in
mundi productione, proximè & immediatè ab
eo facta sunt: sicut igitur cetera animalia, cor-
poris mole, etateq[ue], perfecta condidit; ita quo-
que ac multò etiam magis, quanto scilicet major
est hominis, quam aliorum animalium digni-
tas, hominem in perfecta etate & corporis ma-
gnitudine condidisse existimandum est. Proba-
biliter etiam productio Adæ facta est in instan-
ti, sicut productio piscium & volatilium, ac cæ-
terorum animalium: nam modus ille producen-
di, licet sit altior modo naturali, est tamen valde
conveniens primæ rerum productioni à poten-
tissimo creatore suo. Probabilitate verò caret a-
liquorum sententia qui existimant corpus ho-
minis priùs tempore formatum, & postmodum
Deum formatum jam corpori animam infusisse.
Hoc enim, ut ait S. Thomas infra quæst. 91. art.
4. ad 3. est contra rationem perfectionis primæ insitu-
tionis rerum, quod Deus vel corpus sine anima, vel ani-
mam sine corpore fecerit, cum utrumq[ue] sit pars humana
natura. Quibus verbis significat, quod cum Deus
in prima illa rerum procreatione omnia fecerit
in statu perfecto; & hæc sit natura partium, ut
invicem disiunctæ, & extra totum quod consti-
tuunt positæ, sit in statu imperfecto, incon-
gruum erat, quod vel corpus sine anima, vel
animam sine corpore separatim efficeret. Addo
quod Scriptura ait Deum formasse hominem de
limo terra: Sed corpus non est homo sine anima:
Ergo Deus non priùs tempore formatum corpus,
quam animam illi infundere, sed simul forma-
vit corpus, & animam illi infudit, licet ordine
naturæ & generationis, formatio & produc-
tio corporis, infusionem animæ præcesserit, ideo-
que utriusque productio, distinctè & separatim
in Scriptura explicatur.

D Querunt vero aliqui, an Adamus intra vel
extra Paradisum terrestrem productus fuerit?
Ad quod respondet, ipsum haud dubiè extra
Paradisum terrestrem fuisse conditum, hoc en-
im Moyses Genes. 2. inuenire videtur, dum ait,
Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in
Paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret
illum: Si enim intra paradisum esset creatus, non
rectè diceretur, Deum tulisse hominem, & po-
susse in Paradiso. Idemque apertius significa-
tur infra cap. 3. ubi dicitur: Ejecit Deus Adam ex
Paradiso, ut operaretur terram de qua sumptus est.
Adamigitur creatus est ex terra, quæ erat extra
Paradisum: locus vero ubi creatus est, penitus
ignoratur, ut ait Anastasius Sinaita homil. 9. in
Hexameron: quamvis plures Hebraorum asser-
rant, Adam esse formatum in agro Damasco
ex Adamah, hoc est terra rubra, qualis est terra
nondum elaborata, quæ vulgo terra virgo di-
citur.

Cur autem Deus noluerit creare hominem in 15
Paradiso, cùm tamen Angelos in cælo condide-
rit, imo & ipsa Eva, ut dicimus articulo sequenti,
in Paradiso formata sit, nulla potest assignari
ratio, cùm ex sola Dei voluntate processerit. Di-
citatamen potest, ideo Deum noluisse Adamum
in paradiso creare, ut manifestius intelligeret,
eum locum non esse sibi naturaliter debitum, sed
solâ

sola Dei gratia concessum, nullamque habere A posset de Deo conquerendi causam, cum ex Paradiſo propter peccatum ejiceretur, quasi loco ſibi naturaliter debito & convenienti deturba-
tus eſſet; cum tamen Deus propter peccatum hominem naturalibus bonis privare minimè soleat. Addo quod habitatio paradiſi non conve-
niebat homini ſecundum ejus naturam, ſed propter donum immortalitatis, quod ei Deus, ſi in ſtatu innocentiae permifſeret, confeſſurus e-
rat: cœlum verò Empyreum in quo Angeli crea-
ti ſunt, fuit locus naturaliter maximè conve-
niens dignitati naturæ angelicæ, quippe quæ longè ſuperior & prætantior ſit omnibus cor-
poribus, eisque præſideat. Eva autem in Para-
diſo ex coſta Adami formata eſt, quia ex ipſo
tanquam ex primo principio totius humani ge-
neris fuī efformata: priuum autem principium
totius alicuius generis oportet eſſe perfectum:
decebat igitur ex Adamo prout erat in ſtatu
perfecto ſecundum animam & corpus, & ſe-
cundum habitationem, Eam procreari, ſubinde-
que illam in Paradiſo terreftri formari.

& quod referretur efformatio mulieris ex eius
coſta: nempe non tantum ad coniunctionem
maritalem, ſed & ad magnum illud myſterium
coniunctionis Christi & Ecclesie, per coniugii
ſignificatum, juxta Apoſtolum ad Ephel. 5. Ne
quis autem existimaret, ſomnum illum fuille na-
turali, & naturalibus ex cauſis proſectum,
Moſes dixit, Deum immiſſile tamē ſoporem in
Adam; unde mirari nemo debet, illum tam gra-
uem altumque fuille, ut eo correptus detrac-
nem coſta ex latere ſuo minimè fereret.

Soporem hunc myſticum eleganter Alcius
Avitus deſcribit in primo libro de initio mu-
di, in his verbis.

B Cui pater omnib[us] preſum per corda ſoporem
Miſit & immenſo tardavit pondere ſenſus:

V[er]is ut nulla queat ſopitas ſolvere mente[bus]:

Non ſi forte fragor ſecuras verberet aures:

Nec ſi commoto cœlum tunc intone axe:

Quin nec preſsa ſuam rapacient membra quietum.

Ergo dormienti viro coſtam Deus extra-
ex eaue formavit mulierem, ſive ut Scriptura
loquitur, adiſcavit. Cujus verbi ratione hanc
egregiam reddit Procopius: Quoniam diſpu-
tationis inſtar Deus iſtud egit. Nam illius ea lex iſt[us], ut
ab exiguo captu, paulatim incrementu capiat, &
ad perfectum deducatur. Ita Deus modice pars in-
poris detrahe, quod debeat adjungit. Simile ratio-
nem affert Toſtarus dicens quod ſicut adiſ-
ciunt ex materia rudi, quæ per operationem artiſ-
ſicis accipit figuram quam ante non habebat, ſic illa coſta non habens figuram mulie-
ris, ita eſt à Deo conformata, & concinnata, &
in ſpeciem & naturam corporis mulieris en-
deret. Catharinus verò ait mulierem non per
modum naturæ, nec per generationem natur-
alem, ſed per modum artis, ſeu per artificium
Dei operationem, eſſe factam, id eoque reddi-
ci adiſcatam. Deinum Cajetanus hanc reddit
hujus vocabuli rationem ſeu interpretationem:

Mulier (inquit) concepta ac generate proliſt quā
domus, eam continens, protegens & ſorens: relègat,
relinquit inſtar domus, adiſcata dicitur.

C Dautem queras, cur coſtam Adæ adiſbuerint
Deus ad Evæ productionem?

Repondebo cum S. Thoma inſtrā quæſt. 91.
art. 2. Deum id praefitiſſe: Primo, ut Adam
speciali prærogativâ eſſet principium ſuorum
ſciei, ſicut Deus eſt principium totius universi.

Secundo, ut vir magis diligenter mulierem, di-
que inſeparabilis adhæret, dum cognoscet
illam ex te eſſe productam. Unde etiam com-
muniter creditur coſta illa defumpta ex latero ob-
niſtro, in quod inclinat cor. Hanc rationem in-
dicat Basilius Seleucienſis orat. 1. de Adamo, p.
bi ſic ait: Non ex terra, ſed ex latere membris
mutuantur. Corpus partitur, ut animus jugat. Et
na natura, Opificis arte dividitur, ut unus animus
ſificatur, imiteturque natura.

E homine effecta eſt mulier, cognatio quādam
Mutuum & alternum inter ſe ut misceret amorem;

Semet in alternis cogens agnoscere membrum.

Canit Marius Viator lib. 1. in Genesim.

Tertiò, Deus Eam ex Adæ coſta efformavit,
ad ostenderet mulierem ſociam & colla-
teralem eſſe viri, non ſervam: at neque eam
dominat, ſed viro capite ſuo inferiorē, &
que ſubditam.

Deinum Deus Eam ex Adæ coſta efformavit,
ad designandum myſticè quod Ecclesia fuit à
Christo principium. Unde Apoſtulus ad Ephel.

ARTICVLVS II.

De formatione Evæ ex Adamo.

14 **H**istoriam formationis Evæ narrat Moſes
Genes. 2. hiſ verbis: Dixit quoque Dominus
Deus: non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciam eis
adjutorium ſimile ſibi. Immisit ergo Dominus ſoporem
in Adam, cumque obdormiſſet, tulit unam de coſta
eius, & replevit carnem pro ea. Et adiſcavit Do-
minus Deus coſtam quam tulerat de Adam, in mulie-
rem, & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: Hoc
nunc os ex oſib[us] meis, & e[st] cor de carne mea: hac
vocabitur virago, quoniam de viro ſumpta eſt. Qua-
mōbrem relinquit homo patrem ſuum & matrem, &
habebit uxori ſuā, & erunt duo in carne una. Quibus
verbis Moſes aperit in primis cauſam & neceſſi-
tatem creandi mulierem, quia ſcilicet non erat
bonum, ut viſ effeſt sine muliere, ſed neceſſarium
erat, ut eam ſociam & adjutricem habe-
ret, nempe ad generandam prolem, ſiquidem ad
alia omnia magis vir à viro alto, quam à mulie-
re adjuvari potuſſet, ut eleganter declarat Au-
gustinus lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 3. ubi
h[ab]et ſcribit: Si queritur ad quam rem fieri oportuit
hoc adjutorium, nihil aliud probabilitate occurrit,
quam propter filios procreandoſ: ſicut adjutorium ſe-
miniter terra eſt, ut virgultum ex utroque naſcatur.....
Nam ſi ad hoc adjutorium gignendū filios non eſt facta
mulier viro, ad quod ergo adjutorium facta eſt? Si ut
ſimiliter operaretur terra? Nondum erat labor ut ad-
juvamento viri indigeret, & ſi opus eſſet, melius adju-
torium masculū fieret. Si ſolitudinis fortaffe tadebat,
quanto congruentius ad convivendum & colloquen-
dum duo amici pariter, quam vir & mulier habita-
rent.

15 Deinde Moſes deteſtā causā & neceſſitate
creandi mulierem, ejus formationem ex Adamo
deſcribit dicens, Immisit ergo Dominus ſoporem in
Adam. Ubi Septuaginta legunt ectasim, id eſt
mentis excessum, ut ſignificent ſomnum illum,
licet verum, non fuille tamen purè ſomnum quo
ligantur ſentus, & impediuntur actiones mentis,
ſed extaticum ex parte, cum Adam divinitus il-
lustratus intellexerit non modo quid fieret, ſed